

domum suam committit, eumq; ab uxore libidinosâ falsò accusatum in carcere includit, *Psal. 105. Sap. 10.*

40. Pincernæ & pistoris in carcerem detrusorum somnia Joseph interpretatur.

41. Joseph duo somnia Pharaonis exponit, præfectus toti Ægypto, *Psal. 105.* uxorem ducit Asnath, colligit annonas: Duobus filiis ipsi natis, fames ingruit.

42. Joseph cum decem fratribus suis urgente fame *Act. 7.* in Ægyptum profectis duriùs loquitur. Simeon ligatur, cæteri ad patrem cum pecuniâ redeunt.

43. Adducto Benjamin redeunt ad Joseph, & prandentes cum eo inebriantur.

44. Scyphus in sacco Benjamin deprehenditur, ipsi furti infimulantur.

45. Joseph se fratribus aperit, & plaustra pro adducendo patre mittit *Act. 7.*

46. Jacob cum totâ domo suâ descendit in Ægyptum *Act. 7.* Joseph patri occurrit.

47. Jacob sistitur Pharaoni, ætas Jacob, Ægyptii cuncta quæ habent, expendunt pro panibus.

48. Jacob ægrotans Ephraim & Manassen sibi adoptat, iisq; benedicit, *Heb. 11.*

49. Jacob singulis filiis suis vaticinatus, Non auferetur Sceptrum de Iuda *Matth. 2. Iohan. 7.* Eligit sibi sepulturam, *Genes. 23.* & moritur.

50. Jacob defletur & sepelitur. Joseph culpam fratribus remittit, & moriens vaticinatur, *Hebr. 11.*